

Alte Drucke

**HIER. ZANCHII || MISCELLA-||NEORVM || Libri Tres.|| AD ||
AMPLISSIMVM SE-||NATVM ANTVERP. ET AD ECCLE-||SIAS,
QVÆ PVRIOREM ANTVERPIÆ || profitentur ...**

Zanchi, Girolamo

Neustadt/Haardt, 1593

VD16 ZV 27950

Ad Lectorem.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149561

Ad Lectorem.



VNT nonnulla de quibus mihi praeponendus es, candide Lector: ne inter legendum haec Miscellanea, vel hareas, vel mireris, vel offendaris.

1. Opus hoc in tres libros distinximus, non iuxta rationem temporum, quibus haec à nobis scripta fuerunt: sed iuxta genera scriptorum nostrarum. In primo libro, rerum gestarum historia propriè continetur, licet multa post lectiones meas, & exhibitas confessiones, contigerint. In Secundo, lectiones, è quibus Theses mihi obiectae, desumptae fuerunt: & nonnullae adiectae, ut his contra calumniatores nostram tueremur innocentiam, qualis est tractatio de studio hominis Christiani. Sunt autem in secundo Libro additae ea, quae in tractatione de Perseuerantia desiderabantur. In tertio continetur Confessio, quam iussus conscripseram, & exhibueram Ampliſſ. Senatui Argentinenſi de tribus articulis, Praedestinatione, Perseuerantia, Cæna Domini. In hac Confessione quaedam nonnihil mutata sunt, non quod ad sensum, sed quod ad verba attinet: idq; partim breuitatis, partim maioris perspicuitatis gratia. quaedam enim, ne actum agerem, detraxi, quia eadem in secundo Libro explicatae fuerant, ut suis moneberis locis: quaedam adieci, ut quae obscuriora mihi esse videbantur, ea fierent clariora, semper eodem permanente sensu. Non credo hoc mihi ab ullo viro bono & equo versum iri vitio; nisi etiam velit me reprehendere, quod tum ex tractationibus, tum ex Epistolis, quae erant ad Dominos Argentinenſes, nomina eorum aduersariorum, omniaq; illa, quae ad nimis manifestam eorum ignominiam faciebant, solis rebus modeste tractandis contentus, expunxerim. Sicut enim pietas Christiana postulabat, ut sanam doctrinam, falsa refutata, propagarem: sic charitas fraterna requisivit, ut eorum, quibus cum in caelo fortassis, ut confidere debeo, victurus sum, nominibus parcerem: Neq; eos in Ecclesia militante meis libris traductos relinquerem, qui in ipsa triumphante cum Christo, & beatis Angelis gloriosi viuunt. Non enim dubito quin illorum multis, qui caelestem doctrinam in me, tanquam diabolicam damnarunt, Dominus Iesus, respicienti prius donatis, omnia etiam peccata condonarit.

2. Si mireris, quod in meis confirmandis nunquam, post sacras literas & Patres, testimonijs usus sim illorum doctorum virorum, qui extra Germaniam docuerunt, sed Germanis contentus, perpetuo vserim Lutherum, & imprimis Bucerum: cogitare debes, quibuscum nam mihi fuerit disceptatio: cum illis nimirum, qui Caluini, Martyris, Beze, & similium testimonia non solum non admittebant, sed etiam execrabantur. Ideo verò vrsi scripta Bucer, & Confessiones ciuitatis Argentinenſis, quia haec non poterant sine summa & ignominia Ciuitatis, & impudentia aduersariorum reijci: & verò etiam, quia ego semper professus, & protestatus sum, quae docui Argentine, & quae in me damnarunt aduersarij, eam esse ipsissimam doctrinam, quam Argentina constanter tradiderat Bucerus.

3. Tametsi in veteribus Miscellaneis, quae in secundo libro iam habentur, satis & copiose, & perspicue, tum de Praedestinatione, tum de Perseuerantia, atq; etiam de Cæna differueram: Non abs re tamen tertium librum, in quo Confessio de iisdem articulis continetur, adieci. Primum enim id facere coactus fui, quia in exceptionibus, quas mea praemisera subscriptioni, & quarum volui in ea mentionem fieri, & ad quas respexi, cum subscribens ponerem, ut piam agnosco: erat etiam haec, ut nihil derogaretur doctrinae, quam Argentina docui, & quae continetur in meis praelectionibus, disputationibus, Confessionibus. Oportuit igitur praeter Lectiones, & Disputationes, quoniam etiam & quales fuerint ille meae Confessiones, posteritati indicare: ut ex his quoq; rectum de mea doctrina, ab aduersarijs oppugnata, facilius fieri ab omnibus iudicium posset. Deinde verò has etiam euulgare volui, quia licet ad doctrinam quod attinet, à tractationibus non variet; multa tamen noua in Confessionibus continentur, quae in tractationibus non habentur: noua argumenta, nouae explicationes, nouarum questionum declarationes, varia Ecclesiae Argentinenſis confessiones, Bucer, disputationes: quae omnia legisse, nunquam, ut confido, lectorem paenitebit. Adde, quod neq; omnis repetitio vitiosa est: sed ea duntaxat, quae planè inutilis est. Apostolus etiam videbat, sibi à Philippensibus obijci posse, quod eadem saepe repeteret; proinde occurrens dixit, eadem scribere vobis me quidem haud piget, vobis autem tutum est.

(:)(:)(:)

Quid autem utilius, quid magis necessarium Christiano homini, quàm ut & benè intelligat, & intellectam firmam retineat doctrinam de prædestinatione, perseverantia, Cæna Domini?

4. Librum Lutheri de seruo arbitrio ego olim distinxerã in tot capita, quot sunt Paragrapha in versione Latina, iuxta editionem VVitebergensem, anni 1546. & ita etiam à nobis in hisce Miscellaneis, iuxta hanc partitionem citantur.

Hæc pauca si obseruaueris candide Lector: & facilius quedam intelliges, & alia minùs miraberis. Vale, & nostri haud immemor esto in tuis precibus. Neustadio, 8. Septemb. 1582.

INDEX LOCORVM VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, diligenter hoc volumine examinatorum.

Exod. 32. vers. 32. Nunc autem si remittas peccatum eorum: aut si non, dele &c.	218
Psal. 36. vers. 23. A Iehoua gressus hominis diriguntur &c.	183
Psal. 51. vers. 12. Cor mundum crea mihi Deus.	144
Psal. 69. vers. 29. Deleantur e libro viuentium &c.	212
Psal. 139. vers. 16. Imperfectum meum viderunt oculi tui &c.	206
Ies. 9. vers. 1. 2. Populus, qui ambulabat in tenebris &c.	326. 255. 258
Ies. 6. vers. 10. Excaca cor populi huius &c.	242
Ierem. 31. vers. 31. &c. Ecce, dies veniunt, dixit Iehoua, & feriam &c.	197. & l. 3. 113
Ierem. 32. vers. 38. 39. Et erunt mihi in populum &c.	198
Ezech. 18. vers. 24. Si auersus fuerit iustus a iustitia sua &c.	330. 282. 286
Dan. 2. vers. 38. Tu es caput illud aureum. Et post te &c.	96. 97
Dan. 7. vers. 2. Videbam in visione mea in nocte &c.	ibidem.
Dan. 12. A tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium &c.	99
Matth. 4. vers. 15. 16. Terra Zabulon & terra Nephtholim &c.	256
Matth. 12. vers. 43. Ceterum cum impuri Spiritus exierit &c.	166
Matth. 18. vers. 34. 35. Tunc iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus &c.	330. 282. &c. 287
Luc. 22. vers. 32. Sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua.	201. 147
Iohan. 10. vers. 28. Ego vitam æternam do eis, nec peribunt &c.	l. 3. 115
Rom. 8. vers. 2. Nam lex Spiritus vitæ, qui est in Christo &c.	60
1. Cor. 6. vers. 11. Et hæc eratis nonnulli, sed abluti estis, sed sanctificati &c.	138
1. Cor. 10. vers. 3. Et omnes eandem escam spiritualem manducauerunt.	136. &c.
1. Cor. 10. vers. 12. Qui sibi videtur stare, videat ne cadat.	156
1. Cor. 10. vers. 16. Panis quem frangimus, nonne est communio corporis &c.	313
1. Cor. 11. vers. 29. Quisquis ederit panem hunc indigne, reus tenebitur corporis &c.	60
2. Cor. 4. vers. 7. 8. 9. Habemus thesaurum hunc in testaceis vasculis &c.	193
Gal. 3. vers. 3. Adeone amentes estis? cum spiritu inceperitis &c.	167
Gal. 5. vers. 4. Gratia excidistis, quicumque in lege iustificamini.	168
2. Thess. 2. vers. 2. Ne cito à mente dimoueamini &c.	98
2. Thess. 3. vers. 3. Fidelis est Dominus, qui stabiliet vos &c.	200
1. Tim. 1. vers. 19. Retinens fidem & bonam conscientiam, qua repulsa &c.	152. 159
1. Tim. 2. vers. 4. Qui (Deus) vult omnes saluos fieri &c.	l. 3. 80
Heb. 6. vers. 4. Fieri non potest, ut qui semel fuerint illustrati &c.	329. 286
Heb. 10. vers. 29. Quanto peioribus afficietur pœnis, quæ Filium Dei &c.	160
2. Pet. 1. vers. 9. Nam cui hæc non adsunt, is cæcus est, nihil procul cernens, oblitus &c.	329. 286
2. Pet. 2. vers. 18. Inescant eos, qui verè effugerant eos, qui in errore &c.	129. 163
2. Pet. 3. vers. 5. Illud enim sponte eos latet, cœlos iam olim extitisse &c.	91
2. Pet. 3. vers. 11. Cum igitur hæc omnia soluantur, quales oportet esse vos &c.	92
1. Ioan. 2. vers. 1. Filioli mei, hæc scribo vobis, ne peccetis &c.	289
1. Ioan. 2. vers. 2. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nec pro nostris solum &c.	280. & l. 3. 8
1. Ioan. 2. vers. 19. E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis &c.	107
Apocal. 2. vers. 5. Memento unde excideris.	154
Apocal. 11. vers. 2. Nam datum est gentibus, & urbem calcabunt mensibus 42.	98

INDEX